



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Sacerdotii Origine & Præstantia - Variis item Industriis, & Praxibus, quibus Sacerdotes boni ad Dei gloriam suámque & Proximi salutem promovendam sunt usi ; Malorum Qvoque Sacerdotum infelici interitu, radicibus, & remediis Cui etiam Compendium Ritualis, ea, quæ pro commodiori Sacramentorum & ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1681

Testimonium aliorum SS. Patrum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48600](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48600)

gnitas Sacerdotalis. Et iterum c. 2. §. 7. dist. 96. Quis dicitur, Sacerdotes Christi Regum & Principum, omniumque Fidelium Patres & Magistros censerit?

IV. S. Hieronymus apud Bessæum l. 1. de Sacerdotibus. Sacerdotes vocat Ecclesiæ Apostolos, Patrisfamilias viros, Speculatores Jerusalem, apes per agros volitantes, oves pendentes à turri David, vineæ sepimentum, cœlestis Sponsæ, lectuli Salomonis custodes, Paræciarum Rectores, Christianismi nobilitatem, Ecclesiæ Senatuum, Præsules, bonorum operum exempla.

V. S. Augustinus conc. 2. super Psal. 37. *Verè, inquit, veneranda Sacerdotum dignitas, in quorum manibus Deus operatur, velut in utero Virginis incarnatur. Hinc super prima Epist. ad Timoth. Presbyteri, ait, qui bene præcipiunt & doctrina, digni habentur à Subditis duplici honore, videlicet ut spiritualiter illi obediant, & exterioriter ministrant.*

VI. S. Gregorius Magnus in Epist. ad Mauritium Imperatorem scribens inter cætera sic loquitur: *Sacerdotibus non est regna potestate Dominus noster citius indignetur, sed cunctis hominum consideratione propter eum, cujus servi sunt, ita indignetur, ut etiam debitam reverentiam impendat.*

VII. S. Thomas Aquin. super Epist. 1. D. Petri c. 2. de ultimo Testamento, inquit, *Sacerdotium præminet regno, Spiritus corpori; in veteri verò regnum præminet Sacerdotio. Ideo ibi regnum, hic Sacerdotium in substantia præminet, eò quòd ibi ex regno, hic ex Sacerdotio quasi sumitur religio.*

SEPTIMUM
TESTIMONIUM ALIORUM
SS. PATRUM.

I. S. Ignatius Martyr l. 2. Epist. 52. *Honorate, inquit, Sacerdotium secundum Christum, & post etiam oportet honorare Regem. Sacerdotium enim summa est omnium, qua in hominibus existunt.*

II. S. Dionysius c. 1. de Eccl. Hier. *Vt enim, ait, Sacerdotium dicitur, sacrorum simul omnium uno vocatur.*

significavit ordinem, ita & qui Sacerdotem dixit, augustiore, prorsusque divinum insinuat virum, totius sanctae conscientiae perstissimum, in quo liquidè ac perspicuè sacra-
 tui omnis ordo suus & perspectus sit, & possit agnosci.

III. S. Ephrem l. de Sacerd. exclamat: O potestas ineffabilis, qua in nobis dignata est habitare per impositionem manuum sacrorum Sacerdotum! O quam magnam in se continet profunditatem formidabile, admirabile Sacerdotium.

IV. S. Prosper l. 2. de vit. activ. ait: Ipsi sunt Ecclesia deus, in quibus amplius fulget Ecclesia; ipsi janua civitatis aeternae, per quos omnes, qui credunt in Christum, ingreditur ad Christum; ipsi Ianitores, quibus data sunt claves regni caelorum; ipsi etiam dispensatores regni domus.

V. S. Idorus Pelusiora l. 2. ep. 205. Tantum, inquit, intercessit debet inter Sacerdotem & quemlibet virum probum, quantum inter caelum & terram discriminis est. Et iterum l. 3. epist. 2. Inter divinam & humanam dignitatem Sacerdotium velut medium interjectum est, ut illam colat, atque observet; hanc autem in melius commutat.

OCTAVUM

TESTIMONIUM CONCILIORUM.

I. Concilium Matisconense 2. c. 15. sic loquitur: Statuimus, ut, si quis quemlibet Clericorum honoratorum in itinere obviam habuerit, usque ad inferiorem gradum honoris veneranter illi corda subdat, prout is officia & obsequia fidelissima Christianitatis jure promeruit. Et si quidem ille secularis equo vehitur, Clericusque similiter, scutulus galerum de capite auferat, & Clerico sincera salutationis manus adhibeat: si vero Clericus pedestri graditur, & secularis vehitur equo, illico ad terram desuat, & debitum honorem illi sincera caritatis exhibeat. Qui vero contra fuerit, ab Ecclesia, quamdiu Episcopus illius Ecclesia venerit, suspendatur.